in Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Nono proxime Venturo realiter et in effectu solvere, et coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysl. reponere et exbursare, repositamque et exbursatam in personas ab eodem Officio non ulteriori Judiciali neque Arrestamento Vel quovis alio modo solutionem summae eiusdem non impedituram, et impignorationem inscribit et obligat praesentibus. Idque sub Vadio Similis Summae Mille florenorum Polon. per eundem Recognoscentem sive eius posteros supra nominatae Generosae Feliciani Virginii Poniatowska sorori suae germanae Creditrici suae eiusque Successoribus ob non solutionem summae supra scriptae pro tempore et loco superius expresso ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo summae principali non soluta solvenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Ignatius Cholek Poniatowski sive eius posteri ad instantiam supra scriptae Generosae Feliciani Poniatowska Virginii sororis suae germanae Creditricis Vel primo posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysl. Termino recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in Primo Sessionis Termino tanquam peremptorio stare ibique parere respondere Vadiumque Actione hac Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Judicatum fieri debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Hunc Terminum peremptorium sibi et aliis omnes ex inde consequentes causas eius dem semper peremptorios Vero infirmitate pro maiori minorenitate sua: Citatione in Regno Vel extra Regnum servitio militari ad minimum eadem Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis differendo ad quietationem Ultra praesentis Officii Castrensis Pre. Terminos Cautionem sibi non recipiendo nullaque motione appellatione causa praesumenda faciendo Tempusque omnibus omnino simul ac Appellationibus Evasionibus suspensionibus Fatalibus iuris praesentis Termini exceptionibus ac aliis subsidiis iuris remediis et defensionis non subterfugiendo

subterfugiendo nec alio quovis modo Evadendo. Actum praesens ad praesentis Recognitio ad praemissa omnia mediante,

Inter Czaykowski et Szeptycki mutua Scripti Roboratio

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysl. Magnificus Paulus Czaykowski ab una et Stephanus Szeptycki partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Jure Districtibus Iuribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus cedentes praesenti Vero Castri Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni quo ad actum hanc attinet se ac successores et bona sua generaliter omnia totaliter et plenarie incorporantes atque subjicientes palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsivo suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et quidem praenominatus Paulus Czaykowski cum Joanna Dobrzanska, Vero Stephanus Szeptycki cum Castera Dobrzanska Consortibus manu [illegible], pro quarum rati habitione caverunt, ac se praesentibus inscribunt nominibus Suis mutuo et vicissim una pars alteri ac posteros Utriusque partis se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus [illegible] et [illegible] Inscribunt et obligant praesentibus, Scriptum seu Compromissum certum inter se Recognoscentes et praenominatos Consortes suas ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto antentato seu Compromisso de actu et data ibidem Premysliensi die sexta Octobris post Festum Sanctorum Trium Regum proximi Anno praesenti confectum et conscriptum manibus praenominati Stephani Szeptycki Vero Recognoscentis pro interessentes, Pauli Czaykowski, Alexandri Dobrzanski subscriptum in omnibus et singulis eius clausulis seu pactis seu Compromissi Conditionibus, Punctis Clausulis articulis Vadio Ligamentis ac necnon in Universum omnibus firmiter tenere ac complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibus et singulis illius contentis stare in toto quam in quavis minima parte taliter quo necessario fuerit satisfacere, Scriptum seu Compromissum praefatum manu Subscriptione

2074

Jaworski Czerwakowicz
Consorti sua Reformat

2075

Chylinska Abrenuncia